

nem filium dauid: unxerunt
autē dño in pncipem. et sadoc
in pontificem. Sediq; salomon
sup solium dñi in regem p da
uid patre suo: et cunctis placu
it. et paruit illi omnis isrl. Sed
et uniuersi pncipes et potentel.
et cuncti filij regis. dauid dede
runt manum: et subiecti fue
runt salomoni regi. Magnifi
cauit ergo dñs salomonem sup
omne isrl: et dedit illi gloria
regni. qualem nullus habuit
ante eum rex in isrl.

Gitur dauid filius isai regna
uit sup uniuersum isrl: et
dies quib; regnauit sup isrl.
fuerunt quadraginta anni.
In hebron regnauit septē an
nis. in ierlm annis triginta
trib;: et mortuus est in senectū
te bona. plenus dierū et diui
tijs et gloria regnauitq; salo
mon filius eius pro eo. Gesta
autē dauid regis priora et
nouissima scripta sunt in li
bro samuel uidentis. et in li
bro nathan pphē. atq; in uolu
mine gad uidentis. Vniuersi
q; regni eius et fortitudinis.
et temporū que transierunt
sub eo. siue in isrl siue in cin
dis regnis terrarum. Expli
cit PARALIPOMENON. LIBER
PRIORVS. VERSVS. IJ. XL.

*Incipit paralipomenon. liber
secundus.*



on fortatus est
ergo salomō
filius dauid
in regno suo.
et dñs erat
cum eo: et
magnifica
uit eum in

excelsum. Precepitq; salomon
uniuerso israeli tribunis. et cen
turiomb; . et ducib; et iudicib;
omnis isrl: et principib; familia
rum. et abiit cum uniuersa mul
titudine in excelsum gabaon.
ubi erat tabernacū federis dei.
quod fecit moyses famulus dei
in solitudine. Archam autē dei
adduxerat dauid de cariathia
rim. in locum quē preparaue
rat ei. et ubi fixerat illi taberna
culum: hoc est in ierlm. Altare
quoq; eneam qđ fabricatus fue
rat befeleel filius uri. filij ur. ibi
erat coram tabernaculo dñi: qđ
et requisit salomon et omnis ec
clesia. Ascenditq; salomon ad
altare eneam coram taberna
culo federis dñi: et optulit in
eo mille hostias.

Ecce autē in ipsa nocte: appa
ruit ei deus dicens. Postula qđ
uis: ut dem tibi. Dixitq; salomō
deo. Tū fecisti cum dauid patre
meo misericordiam magnā: et con
stituisti me regem p eo. Nunc
igitur dñe deus impleatur ser
mo tuus. quē pollicitus es da
uid patri meo. Tu enim me fecisti

regem sup poplū tuum multum:
qui tam innumerabilis est quā
pulus terre. Da michi sapientiā
et intelligentiā: ut egrediar co-
ram poplō tuo et ingrediar. Quis
enī potest hunc poplū tuum
digne. qui tam grandis est iu-
dicare?

Dixit autē deus ad salomonem.
Quia hoc magis placuit cordi
tuo. et non postulasti diuitias.
et substantiam. et gloriā. neq;
animas eorum qui te oderant.
sed nec dies uite plurimos. peti-
sti autē sapiētiā et scientiā.
ut iudicare poplū meū. sup qm
constitui te regē possis. Sapiētia
et scientia date sunt tibi. Diui-
tias autē et substantiam. et glo-
riam dabo tibi: ut nullus in
regib; nec ante te nec post te fu-
erit similis tui.

Venit ergo salomon ab excelso
gabaon in ierlm coram taber-
naculo federis: et regnavit sup
isrl. Congregavitq; sibi currus
et equites: et facti sunt ei mille
quadringenti currus. et duode-
cim milia equitū. et fecit eos ēē
in urbib; quadrigarū et cum
rege in ierlm. Prebuitq; rex in
ierlm argentū et aurū quasi la-
pides: et cedros quasi ficomoros
que nascuntur in campestris;
multitudine magna. Adduce-
bantur autē ei et equi de egypto
et de coa: a negotiatorib; regis. q
ibant et qui emebant precio

83
quadrigam equorū sexcentis ar-
gentis: et equum centū quinq;
ginta. Similiter de uniuersis
regnis cetheorū: et a regib; sirię.
emptio celebrabatur. Decreuit
autē salomon edificare domū
nomini dñi et palatiū sibi: et
numerauit septuaginta milia
uirozū portantū humeris. et
octoginta milia qui cederent
lapides in montib; . prepositosq;
eorū tria milia sexcentos.

Visit quoq; ad iram regem tyri:
dicens. Sicut egisti cum dauid pa-
tre meo. et misisti ei ligna cedri-
na ut edificaret sibi domū in
qua et habitauit: si fac merū
ut edificem domū dñi dei mei.
et consecrem eam ad adolendū
incensum corā illo. et fumigan-
dum aromata. et ad ppositionē
panē sempiternū: et holocau-
stomata mane et uespe. sabba-
tis quoq; et neomenijs et sollem-
nitatib; dñi dei nrī in sempter-
num. que mandata sunt isrl.
Domus enī quā edificare cupio:
magna est. Magnus est enim
deus nr: sup omnes deos. Quis
ergo poterit preualere. ut edi-
ficet ei dignā domū: Si celum
et celi celozū capere cū non q-
unt. quantus ego sum ut pos-
sim ei edificare domū: Sed ad
hoc tantum ut adoleatur incē-
sum coram illo. Mitte igitur
michi uirū eruditū qui noue-
rit opari in auro et argento.

ere et ferro. purpura. cocino. et iacinto. et qui sciat sculpere celaturas. cum his artificibus; quos mecum habeo in iudea et in ierusalem quos preparauit dauid pater meus. Sed et ligna cedrina mitte michi. et abiegna. et pinea. de libano. scio enim. quod serui tui nouerint cedere ligna de libano. et erunt serui mei cum seruis tuis. ut parentur michi ligna plurima. Domus enim quam cupio edificare. magna est nimis et in chita. Preterea operarii qui cesuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici. choros uiginti milia. et hordei choros eundem. olei quoque sata uiginti milia.

Dixit autem hyram rex tyri. per litteras quas miserat. salomoni. Quia dilexit dominus populum suum. ideo te regnare fecit super eum. Et addidit dicens. Benedictus dominus deus israel qui fecit celum et terram. qui dedit dauid regi filium sapientem et eruditum. et sensatum atque prudentem. ut edificaret domum domino. et palatium sibi. Misi ergo tibi uirum prudentem. et scientissimum hyram patrem meum. filium mulieris de filiabus dan. cuius pater tyrus fuit. qui nouerit operari in auro. et argento. ere. et ferro. et marmore. et lignis. purpura quoque et iacinto. et bisso. et cocino. et qui sciat celare omnem sculp-

turam et adinuenire prudenter quodcumque in opere necessarium est cum artificibus; tuis. et cum artificibus; domini mei dauid patris tui. Triticum ergo et ordeum. et oleum. et uinum. que pollicentur esse domine mihi. mitte seruis tuis. Nos autem cedimus ligna de libano quot necessaria habueritis. et applicabimus ea tuis; per mare in iope. tuum erit transferre ea in ierusalem.

Numerauit igitur salomon omnes uiros perfectos qui erant in terra israel. post dinumerationem quam dinumerauit dauid pater eius. et inuenta sunt centum quinquaginta milia. et tria milia sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta milia qui humeris onera portarent. et octoginta milia qui lapides immontibus; cederent. tria milia autem et sexcentos prepositos operum populi. Et cepit salomon edificare domum domini in ierusalem. in monte oza qui demonstratus fuerat dauid patri eius. in loco quem parauerat dauid in area ornani iebusei. Ccepit autem edificare mense secundo anno quarto regni sui. Et hec sunt fundamenta que iecit salomon ut edificaret domum dei. longitudinis cubitos domus in mensura prima sexaginta. latitudinis cubitos uiginti. Porticum uero ante frontem quem debebat in longum iuxta mensuram latitudinis domus cubitos uiginti. Porro altitudo triginta cubitorum erat. et deaurauit eam intrinsecus auro

mundissimo. Domū quoq; ma
 iorem textit tabulis ligneis. abi
 egnis. et lamminas auri obrizi
 affixit p totum: sculpsitq; in
 ea palmas. et quasi catenulas
 se inuicem complectentes. Stra
 uit quoq; pauimentū templi.
 preciosissimo marmore: decore
 multo. Porro aurū erat pbatissi
 mū. de cuius lamminis textit
 domū et trabes eius et postes
 et parietes et ostia: et clauis che
 rubin in parietib; . Fecit quoq;
 domum scī scōrum longitudine
 iuxta latitudinē domus cubito
 rum uiginti. et latitudine simi
 liter uiginti cubitorū: et lammi
 nis aureis textit eam quasi talen
 tis sextentis. Sed et clauos fecit
 aureos. ita ut singuli clauis fidos
 quinquagenarios appenderent:
 cenacula quoq; textit auro. Fecit
 autē in domo scī scōy cherubin
 duos ope statuario et textit eos au
 ro. Alē cherubin uiginti cubi
 tis extendebantur. ita ut una
 ala haberet cubitos quinque; et
 tangeret parietē domus: et alte
 ra quinque; cubitos habens. alam
 tangeret alterius cherub. Simi
 liter cherub alterius ala. qnq;
 habebat cubitos. et tangebāt pa
 rietem: et ala eius altera quinque;
 cubitorū. alam cherub alterius
 contingebat. Igitur alē utriusq;
 cherubin expansē erant: et ex
 tendebāt p cubitos uiginti. Ipsi
 etiam stabant erectis pedib;: et

facies eorum uerse erant ad exte
 riorem domum.

Fecit quoq; uelum ex iacinto
 purpura. cocco. et bisso: et in
 xiuit ei cherubin. Ante fores
 etiam templi duas columnas: q̄
 decem et octo cubitos habebant
 altitudinis. Porro capita earū:
 quinque; cubitorū. Necnon et q̄si
 catenulas in oraculo: et sup po
 suit eas capitib; columnarum.
 Malagranata etiā centū: que
 que catenulis interposuit. Ipsas q;
 cubinā posuit in uestibulo tem
 pli: unam a dextris. et alteram
 a sinistris. eam que a dextris erat
 uocauit iachin: et que ad leuam
 booz. Fecit quoq; altare quēcum
 uiginti cubitorum longitudi
 nis. et uiginti cubitorū latitu
 dinis: et decem cubitorū altitu
 dinis. Mare etiā fusile decē cu
 bitis: a labio usq; ad labiū. rotū
 dum per circuitum. qnq; cubitos
 habebat altitudinis. et funicu
 lus xxx. cubitorū ambiebat gi
 rum eius. Similitudo quoq; bo
 um erat subter illud: et decem
 cubitis quedam extrinsecus ce
 laturē quasi duob; uersib; al
 uum maris circuibat. Boues
 autē erant fusiles. et ipsū mare
 sup duodecim boues impositū
 erat. Quorū tres respiciebāt ad
 aquilonē: et alij tres ad occiden
 tem. Porro tres alij meridiem:
 et tres qui reliqui erant orientē.
 mare habentes suppositū. Poste

iii.

riora autē bouum: erant intrinse-
cus sub mari. Porro uasitas eius
habebat mensurā palmi. et labiū
illius erat quasi labium calicis uel
repandi libij. Capiebant quoq;
mensurę: tria milia metras. Fe-
cit quoq; concas decem. et posu-
it quinque a dextris. et quinque a
sinistris: ut lauarent in eis omnia
que in holocaustū oblaturi erāt.
Porro in mare sacerdotes laua-
bantur. Fecit autē et candelabra
aurea decem scđm speciem quam
iusserat fieri: et posuit ea in tē-
plo. quinque a dextris. et quinque
a sinistris. Fialas quoque aureas
centum. Necnon et mensas de-
cem. posuitque eas in templo: quinque
a dextris. et quinque a sinistris. Fe-
cit etiā atrium sacerdotū. et
basilicam grandem: et ostia
in basilica que textit erē. Porro
in mare posuit in latere dextro:
contra orientē ad meridiem.
Fecit autē hiram lebetas quoque
et creagras. et fialas: et comple-
uit omne opus regis in domo
dñi. Hoc est columnas duas. et
epistilia et capita: et quasi que-
dam retriacula que capita tege-
rent sup epistilia. Malagrana-
ta quoque quadraginta. et re-
triacula duo: ita ut ordines ma-
lagranatorū singulis retriacu-
lis iungerentur que pregerent
epistilia. et capita columnarū.
Bases etiam fecit et concas: quas
supposuit basibus. Mare unū

bouesque duodecim sub mari. Et
lebetas et crateras. et fialas. Om-
nia uasa fecit salomoni hiram
pater eius: in domo dñi ex ere
mundissimo. In regione iorda-
nis fudit ea rex in argillosa ter-
ra: inter sochot et saredatan.
Erat autē multitudo uasorum
innumerabilis: ita ut ignoraret
pondus eris. Fecitque salomon om-
nia uasa domus dñi et altare au-
reum et mensas: et sup eas pa-
nes ppositionis. Candelabra quoque
cum lucernis suis ut lucerent an-
te oraculum iuxta tñū ex auro
purissimo: et florentia quedā
et lucernas et forcipes aureos. om-
nia de auro mundissimo facta
sunt. Gymniamateria quoque et
turibulo. et fialas. et mortario-
la: et auro purissimo. Et ostia
celauit templi interioris. id est
in scā scōrum. et ostia templi fo-
rimsecus aurea: sicque completū
est omne opus quod fecit salomon
in domo dñi. Intulit igitur sa-
lomon omnia que uouerat da-
uid pater eius: argentū et au-
rum et uniuersa posuit in
thesauris domus dñi. Postque
congregauit maiores natu isrl.
et cunctos principes tribuum.
et capita familiarum de filiis
isrl in ierlm: ut adducerent ar-
cham federis dñi de ciuitate da-
uid que est syon. Venerunt igitur
ad regem omnes uiri isrl: in
die sollempni mensis septimi. Cūque

uenissent cuncti seniores isrl: portauerunt leuice archam et intulerunt eam et omne apparatus tabernaculi. Porro uasa scuarum que erant in tabernaculo: portauerunt sacerdotes cum leuitis. Rex autem salomon et uniuersus ceterus isrl. et omnes qui fuerant congregati ante archam immolabant arietes et boues absque ullo numero. Tanta enim erat multitudo uictimarum. Et intulerunt sacerdotes archam federis domini in locum suum. id est ad oraculum templi in sancta sanctorum sub alas cherubim: ita ut cherubim expanderent alas suas super locum in quo posita erat archa. et ipsam archam tegerent cum uentibus eius. Vectum autem quibus portabatur archa. quia paululum longiores erant: capita parebant ante oraculum. Si uero quis paululum fuisset extrinsecus: eos uidere non poterat. Fuit itaque archa ibi usque in presentem diem. nichilque erat aliud in archa nisi duae tabulae quas posuerat moyses in choreb quando legem dedit dominus filiis isrl egredientibus ex egypto. Egredientibus autem sacerdotibus de sanctuario: omnes enim sacerdotes qui ibi potuerunt inueniri sanctificati sunt. nec adhuc illo tempore uices et ministeriorum ordo inter eos diuisus erat: tam leuitice quam cantores. id est et sub asaph erant et qui sub eman. et qui sub idi-

thun. Filij et fratres eorum uestiti biffimis cimbalis et psalterijs et citharis concrepabant. stantes ad orientalem plagam altaris. et cum eis sacerdotes centum uiginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter et tubis et uoce et cimbalis. et organis et diuersi generis musicorum concinentibus; et uocem in sublime tollentibus; longe sonitus audiebatur. ita ut cum dominum laudare cepissent et dicere. Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in sanctum misericordia eius: impleatur domus domini nube. nec possent sacerdotes stare. et ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini: domum dei. Tunc salomon ait. Dominus pollicitus est: ut habitaret in caliginem. Ego autem edificauimus domum nomini eius: ut habitaret ibi in sempiternum. Et conuertit suam faciem. et benedixit uniuerse multitudini isrl: nam omnis turba stabat intenta. Et ait. Benedictus dominus deus isrl: qui quod locutus est dauid patri meo. ope compleuit dicens. A die qua eduxi populum meum de terra egypti. non elegi ciuitatem de cunctis tribubus isrl ut edificaretur in ea domus nomini meo. neque elegi quemquam alium uirum. ut esset dux in populo meo isrl: sed elegi ierusalem ut sit nomen meum in ea. et elegi dauid ut constituerem eum super populum

vi.

meū isrl̄. Cumq; fuisset uolun-
 tas dauid patris mei ut edifica-
 ret domū nomini dñi dei isrl̄:
 dixit dñs ad eum. Quia hec fuit
 uoluntas tua ut edificares domū
 nomini meo: bene quidē fecisti
 huiusmodi habere uoluntatē.
 sed non tu edificabis domū. Ve-
 runtamen filius tuus qui egredi-
 etur de lumbib; tuis: ipse edifi-
 cabit domū nomini meo. Com-
 pleuit ergo dñs sermonē suum
 quē locutus fuerat: et ego surre-
 xi pro dauid patre meo. et sedi
 sup thronū isrl̄ sicut locutus ē
 dñs. Et edificauit domū nomini
 dñi dei isrl̄: et posui in ea archā
 in qua est pactum dñi quod pe-
 pigit cum filiis isrl̄. Stetit ergo
 coram altari dñi. ex aduerso uni-
 uer se multitudinis isrl̄: et extē-
 dit manus suas. Siquidē fecerat
 salomon basim eneam. et posue-
 rat eam in medio basilicę. habē-
 tem quinq; cubitos longitudi-
 nis. et quinq; latitudinis: et
 tres cubitos altitudinis. Stetitq;
 sup eam. et deinceps flexis geni-
 bus contra uniuersam multitu-
 dinē isrl̄: et palmas in cęlū leuā-
 uit. Dñe d̄s isrl̄: non est simi-
 lis tui d̄s in cęlo et in terra. qui
 custodis pactum et misericordiam
 cum seruis tuis. qui ambulat
 coram te in toto corde suo. Qui
 prestisti dauid seruo tuo pa-
 tri meo quęcūq; locutus fueras
 ei: et quę ore pmiseras ope com-

plesti. sicut et presens tempus pbat.
 Nunc ergo dñe deus isrl̄ imple
 seruo tuo patri meo dauid quę-
 cumq; locutus es dicens. Non de-
 ficiet ex te uir coram me: qui sede-
 at sup thronum isrl̄. Ita tamen
 si custodierint filij tui uias suas:
 et ambulauerint in lege mea si-
 cut et tu ambulasti coram me.
 Et nunc dñe d̄s isrl̄ firmet ser-
 mo tuus quē locutus es seruo tuo
 dauid. Ergone credibile est ut ha-
 bitet d̄s cum hominib; sup terrā:
 Si cęlum et cęli cęlorū non te capi-
 unt. quantomagis domus ista qm̄
 edificauit: Sed ad hoc tantū facta
 est: ut recipias orationē serui tui.
 et obsecrationē eius dñe deus m̄s
 audias. et preces quas fundit fa-
 mulus tuus coram te. ut apias ocu-
 los tuos sup domū istam. dieb; et
 noctib; sup locum in quo polli-
 citus es ut inuocaueretur nom̄
 tuum. et exaudires orationem
 quā seruus tuus orat in eo. Ex-
 audi preces famuli tui et populi
 tui isrl̄ quicūq; orauerit in lo-
 co isto: et exaudi de habitaculo
 tuo id est de cęlis. et ppiciare. Si
 peccauerit quispiam in pximū
 suum. et iurare contra eum pa-
 ratus uenerit. seq; maledicto
 constrinxerit corā altari in do-
 mo ista: tu audies de cęlo et faci-
 es iudiciū seruorū tuorū. ita ut
 reddas iniquo uiam suam in ca-
 put pprium. et ulciscaris iustū.
 et retribuens ei scdm̄ iusticiam

86
suam. Si supatus fuerit popl's tu
us isrl' ab inimicis. peccabunt eni
tibi. et conuersi egerint peniten
tiam et obsecrauerint nomen tu
um. et fuerint deprecati in loco
isto: tu exaudi de celo et propicia
re peccato popli tui isrl'. et reduc
eos in terram qua dediti eis et pa
trib; eoru. Si clauso celo pluuia
non defluxit ppter peccata popli.
et deprecati fuerint te in loco isto.
et confessi nomini tuo. et conuer
si a peccatis suis cum eos afflixeris.
exaudi de celo dne et dimitte
peccata seruis tuis et popli tui
isrl'. et doce eos uiam bona p qua
ingrediantur. et da pluuiam ter
re qua dediti poplo tuo ad possi
dendum. Fames si orta fuerit in
terra et pestilentia. erugo. et au
rugo. et locusta. et brucus. et ho
stes uastatis regionib; portas ob
sederint ciuitatis. omnesq; pla
ga et infirmitas presserit. si quis
de poplo tuo isrl' fuerit depreca
tus cognoscens plagam et infir
mitatem suam. et expandit ma
nus suas in domo hac: tu exau
diel de celo. de sublimi scilicet
habitaculo tuo. et propiciare
et redde unicuiq; scdm uias su
as. quas nosti eum habere in cor
de suo. Tu enim solus nosti corda
filiorum hominu ut timeant
te: et ambulent in uis tuis eun
dis dieb; quib; uiuunt sup fa
ciem terre qua dediti patrib;
nr's. Exterum quoq; qui non

est de poplo tuo isrl'. si uenerit de
terra longinqua ppter nomen tu
um magnum: et ppter manu
tua robustam. et brachiū tuū
extentum. et adorauerit in loco
isto: tu exaudies de celo firmissi
mo habitaculo tuo. et facies cun
da p quib; inuocauerit te ille pe
grinus. ut sciant omnes popli ter
re nomen tuū. et timeant te
sicut popl's tuus isrl'. et cognos
cant qm nomen tuū inuocatiū
est sup domū hanc. qua edifi
caui nomini tuo. Si egressus fue
rit popl's tuus ad bellum contra
aduersarios suos p uia in qua
miseris eos: adorabunt te cont
uam in qua ciuitas hec est qm
elegisti. et domus qua edifica
ui nomini tuo ut exaudias de
celo preces eoru. et obsecrationē
et ulciscaris. Si autē peccauerit
tibi. neq; cui homo qui non pec
cet. et iratus fueris. et tradide
ris eos hostib; et captiuos eos
duxerint in terram longinquā.
uel certe que iuxta est. et con
uersi corde suo in terra ad qua
captiui ducti fuerint. egerint
penitentiā. et deprecati te fu
erint in terra captiuitatis sue
dicentes. peccauimus. inique
egimus. iniuste fecimus: et re
uersi fuerint ad te in toto corde
suo. et in tota anima sua. in
terra captiuitatis sue ad qua
ducti sunt. adorabunt te con
tra uiam terre sue qua dediti

patribus; eorum. et urbis quam ele-
gisti. et domus quam edificavi
nomini tuo: ut exaudias de ce-
lo hoc est de firmissimo habita-
culo tuo preces eorum. et facias iu-
dicium. et dimittas populo tuo
quamuis peccatori. Tu es enim deus
meus. Aperiantur queso oculi
tui: et aures tue intente sunt
adoratione que fit in loco isto.
Nunc igitur confurge domine deus.
in requiem tuam: tu et arca forti-
tudinis tue. Sacerdotes tui domine
deus induantur salutare: et sancti tui
letentur in bonis. Domine deus ne
auertas faciem christi: memento
misericordiarum dauid serui tui.
Cumque compleisset salomon fun-
dens preces: ignis descendit de
celo et deuorauit holocausta
et uictimas. et maiestas domini im-
pleuit domum. Nec poterant sa-
cerdotes ingredi templum domini:
eo quod impleisset maiestas domini
templum domini. Sed et omnes filii is-
rael uidebant descendente ignem:
et gloriam domini super domum. Et cor-
ruentes proni in terram super pa-
uimentum striatum lapide ad-
orauerunt: et laudauerunt
dominum quoniam bonus. quoniam in sanctum mi-
sericordia eius. Rex autem et omnis po-
pulus: immolabant uictimas
coram domino. Mactauit igitur
salomon hostias bouum uigin-
ti duo milia. arietum centum
uiginti milia. et dedicauit do-
mum domini rex et uniuersus populus.

Sacerdotes autem stabant in officijs
suis: et leuite in organis carminum
domini que fecit dauid rex ad laudum
domini quoniam in eternum misericordia eius:
hymnos dauid cantantes per ma-
nus suas. Porro sacerdotes cane-
bant tubis ante eos: cunctisque
israel stabat. Sanctificauit quoque sa-
lomon medium atrij: ante tem-
plum domini. Obtulerat enim ibi holo-
causta et adipem pacificorum: quia
altare eneam quod fecerat non
poterat sustinere holocausta et
sacrificia et adipem. Fecit ergo salo-
mon sollempnitatem in tempore illo
septem diebus: et omnis israel cum eo et
clesia magna ualde ab introitu
emath usque ad torrentem egypti.
Fecitque die octauo collectam. eo
quod dedicasset altare septem diebus:
et sollempnitatem celebrasset sep-
tem diebus. Igitur die uicesimo
tercio mensis septimi. dimisit po-
pulos ad tabernacula sua: letan-
tes atque gaudentes super bonis que
fecerat deus dauid et solomoni.
et israel populo suo. Compleuitque
salomon domum domini et domum
regis. et omnia que disposuerat
in corde suo ut faceret in domo
domini et in domo sua: et prospera-
tus est. Apparuit autem ei dominus no-
cte: et ait. Audiui orationem tuam:
et elegi locum istum michi in do-
mum sacrificij. Si clausero celum
et pluuia non fluxerit. et man-
dauero et precepo locuste ut de-
uoret terram. et misero pestilen-

tiam in poplū meum. conuer-
sus autē poplū meus sup quos
inuocatum est nomen meū. de-
precatus me fuerit. et exquisie-
rit faciem meam et egerit peni-
tentiam a uis suis pessimis: et
ego exaudiam de celo et propitius
ero peccatis eorū. et sanabo terrā
eorum. Oculi quoq; mei erunt
aperti: et aures mee erecte ad ora-
tionē eius qui in loco isto oraue-
rit. Elegi enī et scificau locum
istum ut sit nomen meum ibi
in sempiternum: et pmaneat
oculi mei et cor meū ibi cunctis
dieb; Tu quoq; si ambulaueris
coram me sicut ambulauit da-
uid pater tuus. et feceris iuxta
omnia que precipio tibi. et iu-
sticias meas iudiciaq; seruaue-
ris. suscitabo thronum regni
tui sicut pollicitus sum dauid
patri tuo dicens. Non auferet
de stirpe tua uir: qui sit pnceps
in isrl. Si autē auersi fueritis
et dereliqueritis iusticias meas
et precepta mea que preposui
uobis. et abeuntes serueritis di-
is alienis. et adoraueritis eos:
euellam uos de terra mea quā
dedit uobis. Et domū hanc quā
edificau nomini meo piciam
a facie mea: et tradam eā in pa-
rabolam. et in exemplū cunctis
poplīs. Et domus ista erit in p-
uerbium uniuersis transeuntibus:
et dicent stupentes. Quare
fecit sic dñs terre huic et domui

huic: Respondebuntq;. Quia
dereliquerunt dñm dñm patrū
suorū qui eduxit eos de terra
egypti. et apprehenderunt deos
alienos et adorauerunt eos. atq;
coluerunt: idcirco uenerunt
sup eos uniuersa hec mala. Ex-
pleti autē uiginti annis postquā
edificauit salomon domū dñi
et domū suam: ciuitates quas
dederat hyram salomoni edifi-
cauit et habitare ibi fecit filios
isrl. Abijt quoq; in emath suba:
et optinuit eam. Et edificauit
palmiram in deserto. et alias ci-
uitates munitissimas edificauit
in emath: extruxitq; bethoron supozē: i bethozō
inferiorē. ciuitates muratas ha-
bentes portas et uectes et seras. Ba-
alath etiā et omnes urbes firmis-
simas que fuerunt salomonis.
cunctasq; urbes quadrigarum
et urbes equitū. Omnia quecūq;
uoluit salomon atq; disposuit
edificauit in ierlm. et in liba-
no: et in uniuersa terra pote-
statis sue. Omnēq; poplū qui
derelictus fuerat de hechem. et
amorreis. et ferezeis. et euais.
et iebuseis. qui non erant de
stirpe isrl de filiis eorū. et de
posteris quos non inter fecerunt
filij isrl: subiugauit salomon
in tributarios usq; in diem hāc.
Porro de filiis isrl non posuit:
ut seruirent opib; regis. Ipsi enī
erant uiri bellatores et duces
primi: et principes quadriga-

rum et equitum eius. Omnes autem principes exercitus regis salomonis: fuerunt ducenti quinquaginta qui erudiebant populum. Etiam uero pharaonis: transtulit de ciuitate dauid in domum quam edificauerat ei. Dixit enim. Non habitabit uxor mea in domum dauid regis israel. eo quod sanctificata sit: quia ingressa est ad eam archa domini. Tunc obtulit salomon holocausta domino super altare domini quod extruxerat ante porticum: ut per singulos dies offerretur in ea iuxta preceptum moysi. in sabbatis et in kalendis et in festis diebus; ter per annum. Id est in sollempnitate azimorum. et in sollempnitate ebdomadarum: et in sollempnitate tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis. et leuitas in ordine suo: ut laudarent et ministrarent coram sacerdotibus; iuxta ritum uniuscuiusque diei. et ianitores in diuisionibus suis per portam et portam. Sic enim preceperat dauid homo dei. Nec pretergressi sunt de mandatis regis: tam sacerdotes quam leuitae ex omnibus; quae preceperat. Et in custodiis thesaurorum omnes impensas preparatas habuit salomon: ex eo die quo fundauit domum domini usque in diem quo perfecit eam. Tunc abiit salomon in asion gaber: et in abi-

aboth ad oram maris rubri quae est in terra edom. Misit autem ei huiusmodi manus seruorum nauis et nauitas gnaros maris: et abierunt cum seruis salomonis in ophir. Tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri: et adduxerunt ad regem salomonem. Regina quoque saba cum audisset famam salomonis: uenit ut temptaret eum enigmatibus; in ierusalem. cum magnis opibus; et camelis: qui portabant aromata. et auri plurimum. gemmasque preciosas. Cumque uenisset ad salomonem: locuta est ei quaecumque erant in corde suo. Et exposuit ei salomon omnia quae preposuerat: nec quicquam fuit quod ei non perspicuum fecerit. Quod postquam uidit sapientiam scilicet salomonis. et domum quam edificauerat. nec non cibaria mense eius. et habitacula seruorum et officia ministroium eius. et uestimenta eorum. pincernas quoque et uestes eorum. et uictimam quas immolabat. in domo domini. non erat pre stupore ultra in ea spiritus. Dixitque ad regem. Verus sermo quem audiui in terra mea: de uirtutibus; et sapientia tua. Non credebam narrantibus; donec ipsa uenissem et uidissent oculi mei. et probassem uix medietatem michi sapientiae tuae fuisse narratam. Uicisti famam uirtutum; tuarum. Beati uiri tui. et beati serui tui. hi qui adsistunt coram te in omni

tempore: et audiunt sapientiã
tuam. Sit dñs deus tuus benedi-
ctus. qui uoluit te ordinare sup
thronum suũ regem dñi dei tui.
Quia diligit dñs dñs isrl et uult
seruare eum in eternũ: idcirco po-
suit te sup eum regem ut facias
iudicia atq; iusticiam. Dedit au-
tẽ regi centũ uiginti talenta au-
ri. et aromata multa nimis: et
gemmas preciosissimas. Non fue-
runt aromata talia ut hæc que
dedit regina saba regi salomoni.
Sed et serui hyram cum seruis
salomonis. attulerunt aurum
de ophir et ligna tyhina. et gẽ-
mas preciosissimas. de quib; fecit
rex de lignis silicet tyhinis gra-
dus in domo dñi. et in domo re-
gia. citharas quoq; et psalteria
cantorib;. Non uisa sunt in terra
nuda ligna talia. Rex autẽ salo-
mon dedit regine saba cuncta
que uoluit et que postulauit:
multo plura quã attulerat ad
eum. Que reuerfa: abiit in terrã
suã cum seruis suis. Erat autẽ
pondus autẽ pondus auri. quod
afferebatur salomoni p annos sin-
gulos sexcenta sexaginta sex ta-
lenta auri: excepta ea summa
quã legati diuersarum gentiũ.
et negotiatores afferre consue-
uerant. omnesq; reges arabie.
et sarrapẽ terrarum q cõporta-
bant aurum et argentum salo-
moni. Fecit igitur rex salomon.
ducentas hastas aureas de sũma

88
sexcentorum aureorũ: qui in ha-
stis singulis expendebant. Gre-
centa quoq; scuta aurea trecen-
torũ aureorũ quib; tegebãtur
scuta singula: posuitq; ea rex in
armamentario qd erat consitiũ
nemore. Fecit quoq; rex soliu
eberneum grande: et uestiuit
illud auro mundissimo. Sex
quoq; gradus quib; ascende-
tur ad solium et scabellũ aure-
um. et brachiola duo alteri se-
cus: et duos leones stantes iuxta
brachiola. Sed et alios duodecim
leunculos: stantes sup sex gradus
ex utraq; parte. Non fuit tale so-
lium in uniuersis regnis. Omnia
quoq; uasa conuiuij regis erant
aurea: et uasa domus saltus li-
bani ex auro purissimo. Argẽ-
tum enĩ in dieb; illis: pro nichil-
lo reputabatur. Siquidẽ na-
ues regis ibant in tharfis cum
seruis hyram semel in annis tri-
bus: et deferebant inde aurum
et argentũ. et ebur. et simias.
et pauos. Magnificatus est
igitur salomon sup om̃s reges
terre diuitijs et gloria: omnesq;
reges terrarum desiderabant
faciem uidere salomonis. ut
audirent sapientiã quã dede-
rat dñs in corde eius. et defere-
bant ei munera. Vasa argen-
tea et aurea. et uestes et arma
et aromata: equos et mulos
psingulos annos. habuit quo-
q; salomon quadraginta milia

equorum in stabulis: et currum
equitumq; duodecim milia. Cō-
stituitq; eos in urbibus; quadriga-
rum: et ubi erat rex in ierlm̄.
Exercuit etiam et potestatem sup̄
cunctos reges a fluuio euphrate
usq; ad terram philistinorum.
id est usq; ad terminos egypti.
Tantamq; copiam prebuit argē-
ti in ierlm̄ quasi lapidum: et ce-
drozum tantam multitudinē.
uelut ficomorum que gignunt
in campestribus. Adducebantur
autē ei equi de egypto: et de
cunctis regionibus. Reliqua
uero opum salomonis priorū
et nouissimorum: scripta sunt
in uerbis nathan pph̄e. et in li-
bris abie filonitis. In uisione q;
addo uidentis: contra ierobo-
am filium nabath. Regnauit
autē salomon in ierlm̄ super
omnē isrl̄ quadraginta annis.
dormiuitq; cum patrib; suis.
et sepelierunt eum in ciuitate
dauid. Regnauitq; pro eo ro-
boam filius eius. Profectus est
autē roboam in sichein: illuc
enī cunctus isrl̄ conuenerat ut
constituerent eum regē. Quod
cum audisset ieroboam filius
nabath qui erat in egypto. fu-
gerat quippe illuc ante salomo-
nem: statim reuersus est. Uoca-
ueruntq; eum et uenit cū uni-
uerso isrl̄: et locuti sunt ad ro-
boam dicentes. Pater tuus du-
rissimo iugo nos oppressit: tu

leuiora impa pater tuo. qui nob̄
grauiem imposuit seruitutē. et
paululum de onere subleua ut
seruiamus tibi. Qui ait. Post
tres dies reuertimini ad me. Cūq;
abisset popl̄s: misit consiliū cum
senib; qui steterant corā patre
eius salomone dum adhuc ui-
ueret dicens. Quid datus consilij
ut respondeam popl̄o? Qui dix-
erunt ei. Si placueris popl̄o huic
et leueris eos uerbis dementib;:
seruient tibi omni tempore. At
ille reliquit consiliū senum: et
cum iuuenib; tractare cepit q̄
cum eo nutriti sunt: et erant
in comitatu illius. Dixitq; ad
eos. Quid uobis uidetur uel res-
pondere quid debeo popl̄o huic
qui dixit michi. subleua iugū
quod imposuit nobis pater tu-
us? At illi responderunt ut
iuuenes et nutriti cum eo in de-
licijs atq; dixerunt. Sic loque-
ris popl̄o qui dixit tibi. Pater
tuus aggrauauit iugum nr̄m
tu subleua: et sic respondebis
eis. Minimus digitus m̄s: gros-
sior est lumbis patris mei. Pater
m̄s imposuit iugum uobis gra-
ue: et ego manus pondus appo-
nam. Pater m̄s cecidit uos fla-
gellis: ego uero cedam scorpio-
nib;. Venit ergo ieroboam et
uniuersus popl̄s ad roboam die
tercio sicut precepit eis: respon-
ditq; rex dura derelicto consilio
senum. locutusq; iuxta iuuenū

uoluntate. Pater meus graue im-
posuit uobis iugum: qđ ego gra-
uius faciam. Pater meus cecidit
uos flagellis: ego uero cedam uos
scorpionibus. Et non ad quieuit
popli precibus. Erat enī uoluntas
dei: ut compleretur sermo eius
quē locutus fuerat p manū abie
filontis ad ieroboam filium na-
bath. Popls autē uniuersus rege
duriora dicente: sic locutus est
ad eum. Non est nobis pars in da-
uid: neq; hereditas in filio isai. Re-
uertere in tabernacula tua isrl̄:
tu autē pasce domum tuā dauid.
Et abiit isrl̄ in tabernacula sua.
Sup filios autē isrl̄ qui habita-
bant in ciuitatib; iuda: regna-
uit roboam. Misitq; rex roboam
ad uram qui preerat tributis: et
lapidauerunt eum filij isrl̄. et
mortuus est. Porro rex roboam
currum festinauit ascendere:
et fugit in ierlm̄. Recessitq; isrl̄:
a domo dauid: usq; in diem hāc.
Factum est autē cum audisset
omnis isrl̄ qđ reuersus esset ie-
roboam: miserunt et conuoca-
uerunt eum congregato cetui.
et constituerunt regem super
omnē isrl̄. Nec secutus est quis
quā domum dauid: preter tri-
bum iuda et beniamin solam.
Venit autē roboam in ierlm̄ et
conuocauit uniuersam domū
iuda et beniamin centum octo-
ginta milia electorū atq; bellan-
tium: ut dimicaret contra isrl̄.

et conuerteret ad se regnū suum.
Factusq; est sermo dñi ad semeiā
hominē dei dicens. Loquere ad
roboam filium salomonis regem
iuda: et ad uniuersum isrl̄ qui
est in iuda et beniamin. Hec di-
xit dñs. Non ascendetis: neq; pu-
gnabitis contra fr̄s ur̄os filios
isrl̄. Reuertatur unusquisq; in
domū suam: quia mea hoc gestū
est uoluntate. Qui cum audis-
sent sermonē dñi: reuersi sunt
nec prexerunt contra ieroboam.
Habitauit autē roboam in ierlm̄.
et edificauit ciuitates munitas
in iuda. extruxitq; bechleem et
echam et thecue. bechsurā qđq;
et sochoth et odollam. necnon
geth et maresa. et ziph. sed et u-
ram et lachis. et azethā. Saraa
quoq; et abialon. et hebron que
erant in iuda. et beniamin: ciui-
tates munitissimas. Cumq; clau-
sisset eas muris: posuit in eis pn-
cipes. ciborumq; horrea hoc est
olei et uini. Sed et singulis urbi-
bus fecit armamentaria scuto-
rum et hastarū: firmauitq; eas
summa diligentia. et impauit
sup iudam et beniamin. Qua-
draginta et unius anni erat
roboam cū regnare cepisset:
et decem et septē annis regna-
uit in ierlm̄ ciuitate quam ele-
git dñs ut poneret nomen su-
um ibi. ex omnib; tribub; isrl̄.
Nomen autē matris eius: nāa
ma amanites. Sacerdotes autē

et leuite qui erant in uniuerso
 isrl: uenerunt ad eum de cun-
 ctis sedib; suis. relinquentes sub-
 urbana et possessiones suas. et
 transeuntes ad iudam et ierlm.
 eo quod abiectisset eos ieroboam
 et posterum eius. ne sacerdotio dñi
 fungerentur. Qui constituit
 sibi sacerdotes excelsorum et demo-
 num. ut uoluerunt; quos fecerat.
 Sed et de cunctis tribub; isrl. q̄
 cumq; dederant cor suum ut
 quererent dñm dñm isrl: uene-
 runt ierlm ad immolandas ui-
 dimas dño deo patrũ suorum.
 Et roborauerunt regnũ iuda.
 et confirmauerunt roboam fi-
 lium salomonis p̄ tres annos.
 Ambulauerunt enĩ in uis da-
 uid et salomonis. annis tantũ
 tribus. Duxit autẽ roboam ux-
 orem maalath filiam ierimoth
 filij dauid: abigail q̄; filiã heliab
 filij isai. que peperit ei filios. ieu.
 et somoria. et zoom. Post hanc
 quoq; accepit maacham filiã
 absalon: que peperit ei abiam.
 et thai. et ziza. et solomith. A-
 mauit autẽ roboam maachã
 filiam absalon sup omnes uxo-
 res suas et concubinas: nam ux-
 ores decem et octo duxerat con-
 cubinas autẽ sexaginta. et ge-
 nuit uiginti et octo filios. et
 sexaginta filias. Constituit
 autẽ in capite abiam filiũ ma-
 acha ducem sup omnes fr̄s suos.
 Ipsum enĩ regem facere cogita-

bat: quia sapientior fuit et poten-
 tior sup omnes filios eius. et in cun-
 ctis finib; iuda et beniamin. et
 in uniuersis ciuitatib; munitis.
 Prebuitq; ei escas plurimas: et
 multas petiuit uxores. Cũq; ro-
 boratum fuisset regnũ roboam
 et confortatũ: dereliquit legẽ dñi
 et omnis isrl cum eo. Anno autem
 quinto regni roboam: ascendit se-
 sac rex egypti in ierlm quia pecca-
 uerant dño. cum mille ducentis
 currib; et sexaginta milib; eqũ.
 nec erat numerus uulgi qđ uene-
 rat cum eo ex egypto. libies scilicet
 et trogodice et ethiopes. Ce-
 pitq; ciuitates munitissimas in iu-
 da: et uenit usq; in ierlm. Semei-
 as autẽ ip̄ha ingressus est ad ro-
 boam et principes iuda qui con-
 gregati fuerant in ierlm fugien-
 tes sesac: dixitq; ad eos. Hec dicit
 dñs. Vos reliquistis me: et ego re-
 liqui uos in manus sesac. Con-
 sternatiq; p̄ncipes isrl et rex: di-
 xerunt. Iustus ẽ dñs. Cumq; ui-
 disse dñs quod humiliati esset:
 factus est sermo dñi ad semeiã
 dicens. Quia humiliati sunt:
 non dispdam eos. Daboq; eis pau-
 xilium auxiliij: et non stillabit
 furor m̄s sup ierlm p̄ manum
 sesac. Veruntamen seruient
 ei: ut sciant distantiam seruitu-
 tis mee. et seruitutis regni terra-
 rum. Recessit itaq; sesac rex e-
 gypti ab ierlm. sublati thesau-
 ris domus dñi et domus regis:

omniaq; secum tulit et clipeos au-
reos quos fecerat salomon. Pro qb;
fecit rex cuneos: et tradidit illos pn-
cipib; scutariorū qui custodiebāt
uestibulum palacij. Cumq; intro-
isset rex domum dñi. ueniebant
scutarij et tollebant eos: iterūq;
ferebant ad armamentariū suū.
Veruntamen quia humiliati sūt
auerfa est ab eis ira dñi: nec dele-
ti sunt penitus. Siquidē et in iu-
da inuenta sunt opa bona. Con-
fortatus igitur est rex roboam in
ierlm: atq; regnauit. Quadragin-
ta autē et unius anni erat cū reg-
nare cepisset: et decem et septem
annis regnauit in ierlm. urbe qm
elegit dñs ut confirmaret nomē
suum ibi de cunctis tribub; isrl.
nomenq; matris eius naama am-
manias. Fecit quoq; malū: et nō
preparauit cor suum ut quereret
dñm. Opa uero roboam prima
et nouissima: scripta sunt in li-
bris semeie pphē et addo uiden-
tis. diligenter exposita sunt. Pu-
gnaueruntq; aduersum se robo-
am et ieroboam cunctis diebus:
et dormiuit roboam cum patri-
bus suis. sepultusq; est in ciuita-
te dauid. et regnauit abia filius
eius p eo. Anno octauo decimo
regis ieroboam: regnauit abia
sup iudam. Trib; annis regna-
uit in ierlm: nomenq; matris ei
michaa filia urihel de gabaa. et
erat bellum inter abiam et iero-
boam. Cumq; misset abia cer-

90
tamen. et haberet bellicosissimos
uiros. et electorū quadraginta
milia: ieroboam instruxit econ-
tra aciem octoginta milia uiroz.
qui et ipsi electi erant et ad bella
fortissimi. Stetit igitur abia sup
montē semeron qui erat in effra-
im: et ait. Audi ieroboam: et om-
nes isrl. Num ignoratis qd dñs
dñs isrl dederit regnū dauid sup
isrl in sempiternum. ipsi et filij
eius in pactum solis: Et surre-
xit ieroboam filius nabath ser-
uus salomonis filij dauid et rebel-
lauit contra domū suam. congre-
gatiq; sunt ad eum uiri uanissi-
mi et filij behai: Et preualue-
runt contra roboam filiū salo-
monis. Porro roboam erat rudis
et corde pauido: nec poterat re-
sistere eis. Nunc ergo dicite suos
quod resistere possitis regno dñi
qd possidet per filios dauid. ha-
betisq; grandem poplū multitu-
dinē. atq; utulos aureos quos
fecit uobis ieroboam. in deos.
et eiecistis sacerdotes dñi filios
aaron atq; leuites. et fecistis uo-
bis sacerdotes sicut om̄s poplū
terre. Quicumq; uenerit et imi-
auerit manū suam in tauro. in
bobus. et in arietib; septē: sic sacer-
dos eorum qui non sunt dij. Non
ster autē dñs dñs est quē non reliq-
mus: sacerdotesq; ministrant dño
de filijs aaron. et leuites sunt in
ordine suo. Holocausta quoq; of-
ferunt dño p singulos dies mane

et uespe. et timiana iuxta legis
precepta confectū: et pponunt
panes in mensa mundissima.
Estq; apud nos candelabrum
aureum et lucerna eius: ut ac-
cendatur semp ad uespum. Nos
quippe custodimus precepta
dñi dei nr̄i: quē uos reliquistis.
Ergo in exercitu nr̄o dux deus
est: et sacerdotes eius qui clan-
gunt tubis. et resonant contra
uos. Filij isrl̄ nolite pugnare cō-
tra dñm dñm patrū ur̄orum:
quia non uobis expedit. Hec
illo loquente: ieroboam retro
moliebatur insidias. Cumq; ex
aduerso hostium instaret: igno-
rantē iudam suo ambiebat exer-
citu. Respicensq; iudas uidit
stare bellum ex aduerso et po-
sit tergum: et clamauit ad do-
minum. ac sacerdotes tubis ca-
nere ceperunt. Omnesq; uiri
iuda: uociferati sunt. Et ecce
illis clamantib; p̄terruit dñs ie-
roboam et omnem isrl̄ qui sta-
bat ex aduerso abia et iuda.
Eugeruntq; filij isrl̄ iudam: et
tradidit eos deus in manus eorū.
Percussit ergo eos abia et popl̄s
eius plaga magna: et corruerunt
uulnerati ex isrl̄ quin-
ginta milia uirorū fortū. Hu-
miliatiq; sunt filij isrl̄ in tēpo-
re illo: et uehementissime con-
fortati sunt filij iuda. eo quod
sp̄assent in dño deo patrū suo-
rum. Persecutus est autē abia

fugientē ieroboam: et accepit ciui-
tates eius. bechel et filias eius. et
biesena cum filiab; suis. ephra-
im quoq; et filias eius. Nec ualu-
it ultra resistere ieroboam in dieb;
abia: quē percussit dñs et mortu-
us est. Igitur abia confortato im-
perio suo. accepit uxores quatuor
decim: procreauitq; uiginti et
duos filios. et sexdecim filias. Re-
liqua autē sermōnū abia uarū
q; et opum eius: scripta sunt di-
ligentissime in libro ip̄he addo.
Dormiuit autē abia cum patri-
b; suis. et sepelierunt eū in ciui-
tate dauid: regnauitq; asa fili-
us eius p̄ eo. In cuius dieb; quieuit
terra annis decem. Fecit autē
asa qđ bonum et placitū erat
in conspectu dñi dei sui: et sub-
uertit altaria p̄grini cultus et
excelsa. et confregit statuas lu-
cosq; succidit. et precepit iuda
ut quereret dñm dñm patrū
suorum. et feceret legem et uni-
uersa mandata. Et abstulit ē cū-
ctis urbib; iudā aras et phana:
et regnauit in pace. Edificauit
quoq; urbes munitas in iuda q̄a
quiescit erat: et nulla temporib;
eius bella surrexerant. pacē dño
largiente. Dixit autē iude. Edi-
ficemus ciuitates istas et ualle-
mus muris. et roboremus curri-
bus et portis et seris. donec abel-
lis quiescit sunt omnia: eo quod
quesierimus dñm patrū nr̄orū.
et dederit nobis pacem p̄ gyrum.

Edificauerunt igitur: et nullū
in extruendo impedimentū fu-
it. Habuitq; asa in exercitu suo
portantium scuta et hastas de
iuda trecenta milia. de benia-
min uero scutatorū et sagitta-
riorum ducenta et septuagin-
ta milia. Omnes isti uiri fortis-
simi. Egressus est autē contra
eos zerasa ethiops cum exerci-
tu suo decies centenis milibus.
et currib; trecentis: et uenit us-
q; maresa. Porro asa prexit ob-
uiam et instruxit aciem ad bel-
lum in ualle sapheta que est iu-
xta maresa: et inuocauit dñm
dñm et ait. Dñe non est apud te
ulla distantia: utrum in paucis
an in plurib; auxiliaberis. Adiu-
ua nos dñe dñs noster. In te enī
et in tuo nomine habentes fidu-
ciam: uenimus contra hanc
multitudinē. Dñe deus noster
tu es: non preualeat contra te
homo. Exterruit itaq; dñs ethi-
opes coram asa: et iuda. Fuge-
runtq; ethiopes. et persecutus est
eos asa et popl's qui cum eo erat:
usq; gerara. et ruerunt ethio-
pes usq; ad interitionem. quia
dño cedente contriti sunt. et
exercitu illius prehante. Gule-
runt ergo spolia multa: et per-
cusserunt omnes ciuitates per-
circutum gerare. Grandis q̄ppe
cunctos terror inuaserat: et di-
riperunt urbes. et multā pre-
dam asportauerunt. Sed et cau-

las ouium destruentes. tulerunt
pecorū infinitā multitudinē et
camelorū: reuersiq; sunt in ierlm.
Azarias autē filius oded facto in
se spū dñi: egressus est in occur-
sum asa. et dixit ei. Audite me
asa et omnis iuda et beniamin.
Dñs uobiscum est: quia sustis-
cum eo. Si quesieritis eū inueni-
eas. Si autē derelinqueas dere-
linquet uos. Transibunt autē
multi dies in isrl absq; deo uero:
et absq; sacerdote doctore. et abs-
q; lege. Cum reuersi fuerint. et
in angustia sua clamauerint ad
dñm dñm isrl et quesierint eū:
repiant. In tempore illo non erit
pax in gradienti et egredienti:
sed terrores undiq; in cunctis ha-
bitatorib; terrarum. Pugnabit
enī gens contra gentē. et ciuitas
contra ciuitatem: quia dñs con-
turbabit eos in omni angustia.
Vos ergo confortamini et non
dissoluantur manus ur̄e: erit
enī merces op̄i ur̄o. Quod cum
audisset asa uerba scilicet et pro-
phetiā azarie filij oded p̄ph̄e:
confortatus est. et abstulit ido-
la de omni terra iuda. et de
beniamin. et ex urbib; quas ce-
pat montis ephraim. et dedica-
uit altare dñi qd̄ est ante por-
ticum dñi. Congregauitq; uni-
uersum iudam et beniamin. et
aduensas cum eis de ephraim
et de manasse et de simeon:
plures enī ad eum confugerāt

T. xi.

ex isrl: uidentes quod dñs dñs
 illius esset cum eo. Cumq; uenif-
 sent in ierlm mense tertio anno
 quinto decimo regni asa: immo-
 lauerunt dño in die illa de ma-
 nubijs et preda quam adduxe-
 rant boues septingentos. et ari-
 etes septem milia. Et intrauit
 ex more ad corroborandum fe-
 dus: ut quererent dñm deum
 patrum suorum in toto corde
 et in tota anima sua. Si quis
 autē inquit non quesierit do-
 minū deum isrl: moriat. a mi-
 nimo usq; ad maximū. a uiro
 usq; ad mulierē. Iurauerunt
 q; dño uoce magna in iubilo.
 et in clangore tube. et in somi-
 tu buccinarum: omnes qui erāt
 in iuda cum execratione. In
 omni enī corde suo iurauerūt:
 et in tota uoluntate quesierūt
 eum et inuenerunt. Prestitit
 q; eis dñs requiem per circuitum.
 Sed et maacham matrē asa re-
 gis ex augusto deposuit impio:
 eo qđ fecisset in luco simula-
 crum priapi. Quod omne cō-
 truit: et in frustra commi-
 nuens combussit in torrentē
 cedron. Excelsa autē derelicta
 sunt in isrl. Attamen cor asa
 erat pfectū cunctis dieb; eius.
 Ea que uouerat pater suus.
 et ipse intulit in domū dñi:
 argentū et aurum. uasorūq;
 diuersam supellectilem. Bellū
 uero non fuit usq; ad tricesimū

annum regni asa. Anno autē tri-
 cesimo sexto regni eius: ascendit
 baasa rex isrl in iudam. et muro
 circumdabat rama. ut nullus tu-
 te possit egredi et ingredi de re-
 gno asa. Protulit autē asa argen-
 tum et aurū de thesauris domi-
 dñi. et de thesauris regis: misitq;
 ad benedad regem syrie qui habita-
 bat in damasco dicens. Fedus in-
 ter me et te est: pater tuus. et pa-
 ter meus habuere concordiam.
 Quamobrem misi tibi argentum
 et aurum: ut rupto federe quod
 habes cum baasa rege isrl facias
 eum a me recedere. Quo compto
 benadab misit pncipes exercitu-
 um suorū ad urbes isrl: qui pcul-
 serunt abion et dan. et abelma-
 im: et uniuersas urbes muratas
 neptalim. Quod cum audisset
 baasa: dimisit edificare rama.
 et intermisit opus suum. Porro
 asa rex assumpsit uniuersum iu-
 dam: et tulerunt lapides de ra-
 ma. et ligna que edificationi pre-
 parauerat baasa. edificauitq;
 ex eis gabaā et maspha. Intem-
 pore illo uenit anani ipha ad
 asa regem iuda: et dixit ei. Quia
 habuisti fiducia in rege syrie. et
 non in dño deo tuo: idcirco eua-
 sit syrie regis exercitus de manu
 tua. Nonne ethiopes et libies
 multo plures erant quadrigis
 et equitib; et multitudine ni-
 mia: quos cum dño credidisses.
 tradidit in manu tua. Oculti enī

xxi

xxii

enim dñi contemplantur uniuersam terram: et prebet fortitudinem his qui corde pfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti: et propter hoc etiam presenti tempore aduersum te bella consurgent. Iratusq; est asa aduersum uidentem: iussit eum mitti in neruum. Valde quippe super hoc fuerat dñs indignatus: et interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opa autem asa prima et nouissima: scripta sunt in libro regum iuda et isrl. Egrotauit etiam asa anno tricesimo nono regni sui. dolore pedum uehementissime: et nec in infirmitate sua quesuit dñm. sed magis in medicorum arte confusus est. Dormiuitq; cum patribus suis. et mortuus est anno quadragesimo primo regni sui: et sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate dauid. Posueruntq; super lectum suum plenum aromatibus: et unguentis meretriciis. que erant pigmentariorum arte confecta: et combusserunt super eum ambitione nimia. Regnauit autem iosaphat filius eius pro eo: et inualuit contra isrl. Constituitq; militum numeros in cunctis urbibus iude: que erant uallate muris. presidiaq; disposuit in terra iuda in ciuitatibus ephraim quas acceperat asa pater eius. Et fuit dñs cum iosaphat quia ambulauit in uis dauid patris sui primis et

non spauit in baalim sed in deo patris sui. et prexit in preceptis illius: et non iuxta peccata isrl. Confirmauitq; dñs regnum in manu eius. et dedit omnis iuda munera iosaphat: facteq; sunt ei infinite diuitie et multa gloria. Cumq; sumpsisset cor eius audaciam propter uias dñi: etiam excelsa et lucos de iuda abstulit. Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis banail et obdian. et zachariam et nathanael et micheam ut docerent in ciuitatibus iuda. et cum eis leuitas. semeria. et nathanaria. et abadia. et asahel. quoque et semitamothe et ionathan. adoniam. et tobiam. et tobadoniam leuitas: et cum eis elisama et ioza sacerdotes. Docebantq; populum in iuda habentes librum legis dñi: et circuibant cunctas urbes iuda. atq; erudiebant populum. Itaque factus est pavor dñi super omnia regna terrarum que erant per gyrum iuda: nec audebant bellare contra iosaphat. Sed et philistei iosaphat munera deferabant: et ue tigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora: arietum septem milia septingentos. et hircos totidem. Creuit ergo iosaphat. et magnificatus est usque in sublime: atq; edificauit in iuda domos ad instar turrium. urbesq; muratas. et multa opa parauit in urbibus iuda. Viri quoque bellatores et robusti

201

201

erant in ierlm: quorū iste nu-
 merus p̄ domos atq; familias
 singulorum. In iuda principes
 exercitus enax dux: et cum eo
 robustissimorū trecenta milia.
 Post hunc iohannā princeps,
 et cum eo ducenta octoginta
 milia. Post istum quoq; amasi-
 as filius zeri. consecratus dño:
 et cum eo ducenta milia uiroz
 fortū. Hunc sequebatur robu-
 stus. ad prelia eliada: et cum eo
 tenentium arcum et drapeū du-
 centa milia. Post istum etiam
 iozabat: et cum eo centum octo-
 ginta milia expeditorū mili-
 tum. Hī om̄s erant ad manū
 regis: exceptis alijs quos posue-
 rat in urbibus muratis et in
 uniuerso iuda. Fuit ergo iosa-
 phat diues et mchus ualde:
 et affinitate coniunctus est a-
 ab. Descenditq; post annos ad
 cum in samaria. Ad cuius ad-
 uentū mactauit aab arietes et
 boues plurimos. et poplō qui
 uenerat cum eo: psuasitq; illi
 ut ascenderet in ramoth gala-
 ad. Dixitq; aab rex isrl̄ ad iosa-
 phat regem iuda. Veni mecum
 in ramoth galaad. Cui ille re-
 spondit. Ut ego et tu: sicut po-
 pulus tuus: sic et poplōs meus.
 tecumq; erimus in bello. Dix-
 itq; iosaphat ad regem isrl̄. Con-
 sule obsecro in presenciarū ser-
 monem dñi. Congregauit igitur
 rex isrl̄ ppharum quadrim-

gentos uiros: et dixit ad eos. In ra-
 moth galaad ire debemus an des-
 cere? At illi. Ascendite inquitunt:
 et tradet dñs in manu regis. Dixit
 q; iosaphat. Numquid non est hic pro-
 pheta dñi. ut ab illo etiā inquirā-
 mus? Et ait rex isrl̄ ad iosaphat.
 Est uir unus a quo possumus que-
 rere dñi uoluntate. Sed ego odi eū:
 quia non pphat michi bonū. sed
 malum omni tempore. Est autē
 micheas filius iemla. Dixit quoq;
 ei iosaphat. Nec loquaris rex hoc
 modo. Vocauit ergo rex isrl̄ unū
 de eunuchis: et dixit ei. Uoca cito
 micheam filium iemla. Porro rex
 isrl̄. et iosaph rex iuda: uterq;
 sedebant in solio suo uestiti cul-
 tu regio. Sedebant autē in arcā
 iuxta portam samarie: omnesq;
 pphete uaticinabantur corā eis.
 Sedechias uero filius channaan
 fecit sibi cornua ferrea: et ait.
 Hec dicit dñs. Hīs uentilabis sy-
 riam: donec conteras eam. Om-
 nesq; pphete similiter pphetabant
 atq; dicebant. Ascende in ramoth
 galaad et psperabis: et tradet
 eos dñs in manus tuas. Nuncius
 autē qui ierat ad uocandū mi-
 cheam: ait illi. En uerba omni-
 um ppharum: uno ore bona
 regi annuntiant. Queso ergo
 te ut sermo tuus ab eis non dis-
 sentiat: loquarisq; pspsa. Cui
 respondit micheas. Viuit dñs:
 quia quodcumq; dixerit deus
 meus. hoc loquar. Uenit ergo

ad regem. Cui ait rex. Michea ire debemus in ramoth galaad ad bellandum an quiescere. Cui ille respondit. Ascendite. cuncta enim prospera euement. et tradent hostes in manus uias. Dixitque rex. Iterum atque iterum te adiuro: ut non loquaris michi nisi quod uerum est in nomine domini. At ille ait. Vidi uniuersum israhel dispersum in montibus sicut oues absque pastore: et dixit dominus. Non habent isti dominum: reuertatur unusquisque in domum suam in pace. Et ait rex israhel ad iosaphat. Nonne dixi tibi quod non prophetaret iste michi quicquam boni. sed ea que mali sunt. At ille. Idcirco ait: audite uerbum domini. Vidi dominum sedentem in solio suo: et omnem exercitum celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Et dixit dominus. Quis decipiet aab regem israhel ut ascendat et corruat in ramoth galaad. Cumque diceret unus hoc modo et alter alio: processit spiritus et stetit coram domino et ait. Ego decipiam eum. Cui dominus. In quo inquit decipies. At ille respondit. Egrediar: et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque dominus. Decipies et preualebis: egredere et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacium in ore omnium prophetarum tuorum: et dominus locutus est de te mala. Accessit autem sedechias filius cannaan. et percussit michee maxillam: et ait. Per

quam uiam transiuit spiritus domini a me ut loqueretur tibi. Dixitque micheas. Tu ipse uidebis in die illo: quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo ut abscondaris. Precepit autem rex israhel: dicens. Tollite micheam: et ducite eum ad amon principem ciuitatis. et ad ioas filium amalech: et dicitis. Hec dicit rex. Mitte hunc in carcerem: et date ei panis modicum. et aque pauillum. donec reuertar in pace. Dixitque micheas. Si reuersus fueris in pace: non est locutus dominus in me. Et ait. Audite populi omnes. Igitur ascenderunt rex israhel et iosaphat rex iuda in ramoth galaad. Dixitque rex israhel ad iosaphat. Muta bo habitum: et sic ad pugnandum uadam. tu autem induere uestibus tuis. Mutatoque rex israhel habitu: uenit ad bellum. Rex autem syrie preceperat duobus equitatus sui dicens. Ne pugnetis contra minimum aut contra maximum: nisi contra solum regem israhel. Itaque cum uidissent principes equitatus iosaphat: dixerunt. Rex israhel iste est. Et circumdederunt eum dimicantes. At ille clamauit ad dominum et auxiliatus est ei: atque auerit eos ab illo. Cum enim uidissent duces equitatus quod non esset rex israhel: reliquerunt eum. Accidit autem ut unus e populo sagittam in incertum iaceret: et percuteret regem israhel inter ceruicem et sca

xix.

pulas. At ille aurige suo ait. Vulneratus sum. Conuertere manum tuam et educ me de aere: quia uulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro rex isrl̄ stabat in curru suo contra syrios usq; ad uespam: et mortuus est occidente sole. Reuersus est autē iofaphat rex iuda domū suam pacifice in ierlm̄: cui occurrit hieu filius anani uidens. et ait ad eum. Impio prebes auxilium. et his qui oderunt dñm amicitia iungeris: et id circo iram q̄ dem dñi merebaris. sed bona opa inuenta sunt in te. eo qđ abstuleris lucos de terra iuda. et prepara ueris cor tuum ut queres dñm dñm patrum tuorū. Habitauit ergo iofaphat in ierlm̄. Rurſūq; egressus est ad popl̄m de bersabee usq; ad montē ephraim: et reuocauit eos ad dñm dñm patrū suorum. Constituitq; iudices terre in cunctis ciuitatib; iuda munitis: p̄ singula loca. Et precipiens iudicib; uidete ait quid faciatis. Non enī hominis exerceas iudicium sed dñi: et quodcumq; iudicaueris. in uos redundabit. Sic timor dñi uobiscum: et cum diligencia cuncta facite. Non est enī apud dñm dñm nr̄m iniquitas: nec p̄sonarum acceptio. nec cupido munerum. In ierlm̄ quoq; constituit iofaphat leuitas et sacerdotes et p̄ncipes familiarum ex isrl̄: ut iudicium et causam

dñi iudicarent habitatorib; eius. Precepitq; eis dicens. Sic ageas in timore dei fideliter et corde p̄fecto. Omnē causam que uenerit ad uos fr̄m ur̄orum qui habitant in urbibus suis inter cognationē et cognationē. ubicumq; questio est de lege. de mandato. de ceremonijs. de iustificationib;: ostendite eis ut non peccent in dñm. et ne ueniat ira sup uos et sup fr̄s ur̄os. Sic ergo ageas: et non peccabitis. Amarias autē sacerdos et pontifex uester: in his que ad dñm p̄nent presidebit. Porro zabadias filius ismahel qui est dux in domo iuda: sup ea opa erit que ad regis officium p̄nent. Habetisq; magistros leuitas coram uobis. Confortamini et agite diligenter: et erit dñs uobiscum. Post hec congregati sunt filij moab et filij ammon et cum eis de ammanitis ad iofaphat: ut pugnarent contra eum. Veneruntq; nunciij: et indicauerunt iofaphat dicentes. Uenit contra te multitudo magna de his locis que trans mare sunt et de syria: et ecce consistunt in asafon thamar que est engaddi. Iofaphat autē timore p̄territus. totum se contulit ad rogandum dñm: et predicauit ieiunium in uniuersa iuda. Congregatusq; est iudas ad placandū dñm: et predicauit ieiunium. sed et om̄s de urbib; suis uenerunt ad obsecrandum eum. Cumq; stetit iofaphat in medio cētū iude